

~~C. H.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

60

Epistola gratulatoria
ad
VIRUM
MAGNIFICUM ET PRAENO-
BILISSIMUM,
DOMINUM

JOHANNEM CON- RADUM SCHEDIUM, SACRAE REGIAE MAJESTATIS BORUSS. Consilium, Commissarium in re Tribu- taria, Directorem Civitatum Neo-Marchiarum, ut & Consulem Reipublicae Landsbergensis, quae est ad Wartham, gravissimum, cum filium tanto Parente non indignum

DANIELEM CHRISTOPHORUM SCHEDIUM,
artium humaniorum cultorem
perquam industrium,

ex
Gymnasio Zittaviensi
in
Academiam Lipsiensem
d. X. Maj. A. O. R. M DCCXII.
mitteret,
ex observantiae lege scriebatur


a
M. Adam Erdmann MIRO,
Gymn. Zitt. Con-R.

Zittavia, typis Michaëlis Hartmanni.

QVae religiosi parentes in liberis dilectis intueri gestiunt; ea se quasi certatim in filio optimo spectanda offerunt. Habes in eo egregiam indolem, ad omnia bona ducentem, & ad Patris effigiem singulis in rebus accedentem. Habes indefessum studium, qvod nullis laborum incommodis frangitur; sed difficultatibus maximis eo felicius se exponit, qvo major ex duris gloria solet emergere. Habes profectus studiorum huic ætati respondentes, & largissimam honorum messem successu temporis indicantes. Non darem hoc, VIR MAGNIFICE, auribus Tuis, nisi & veritas verba inculcaret, & fidum testimonium Praenobilissimi nostri Hoffmanni confirmaret. Pietate sane atq; filius dilectus apud nos, qvam vel industria, vel modestia hac aetate digna major fuerit, arbitrum me non interpono. Illam qvovis tempore rerum suarum normam atq; regulam fecit; haud ignarus, cuncta fluere supra vota, si ab ista virtute singula ducerentur, singula in eam resloverentur. Industria filius optimus satisfecit Magistrorum expectationi; sibi ex animi sententia satisfacere non potuit. Etiam si enim cum Scipione nunquam minus otiosus fuit, qvam cum otiosus esset; attamen se perdidisse tempus nobile existimavit, nisi conatibus optimis optimos respondere profectus inteligeret. At q; haec causa est, cur proposita a Magistris repetitione fideli sibi modo redderet familiaria, modo grata meditatione penitus imprimeret, modo ad doctius tentamen revocaret. Haec etiam causa est, cur colloquiis do-

doctis delectaretur, nihilq; prius haberet, qvam ut illo
commercio res suas redderet auctiores. Qvoties cum vidit
cathedra, (vidit autē tam publice, qvam privatim saepius,)
linguae volubilitate auditorum oculos animosq; ad se
convertit. Qvoties doctis interfuit conflictibus; toties ita
virum se praestitit, ut non nisi victor reverteretur. Neq;
solum humaniores, qvas vocant literas, summo cum
studio apud nos excoluit; verum etiam Disciplinas rea-
les gustavit, probavitq; industriam in illis rebus addiscen-
dis, qvae in hanc aetatem cadunt, qvaeq; ad intimorem
earum scientiam facilem & expeditam viam aperiunt.
Cumq; a teneris annis constituit, ad Jurisprudentiae
studium suas curas cogitationesq; convertere; non du-
bitavit praegustum aliquem prolixissimi hujus laboris se-
cum afferre in Academiam, & in audiendis Justiniani
Institutionibus sub ductu Dn. Groschii J.U. C. suam testa-
ri industriam. Neq; diligentiae laude florens vel ambitio-
nis vitio, vel aliis illecebris corrumpi se passus est, qvi-
bus haec aetas maxime exponitur; sed modestiae leges
sanctas inviolatasq; servavit. Hinc disciplicere non nisi
contumacibus virtutis contemtoribus potuit. Hinc
qvoq; eo magis se superiorum favori & benevolentiae
commendavit; qvo plus ornamenti bonitas ingenii a mo-
rum honestate solet accipere. Bene imposterum cupient
Proceres Academicji juveni optimis imstructo artibus, si
indolem ejus praeclaram cognoverint. Excitatam fove-
bunt industriam, ut studia in dies singulos grata videant
incrementa. Tuendum deniq; ornandumq; suscipient au-
di-

ditorem, quem omni amore dignum judicaverint. Interim, VIR MAGNIFICE, nova TE spe erige, & filium in studiorum stadio currentem immoto vultu intueret. Gratulare TIBI, dum alii novo Academiae candidato gratulantur, & à Deo benignissimo omnia prospera serio apprēcantur. Qvae sibi nunc cumulat sapientiae solidioris opes, aliquando ingravescenti Tuae aetati gaudium & solatium dulce conciliaverint. Magnum MAGNI REGIS Ministrum Te Marchia colit ac veneratur. Magnis maximaे virtutis documentis REGIS gratiam provocasti, provocatam constantissime servasti. Nec minus gratiam REGIS POLONICI summam in Te derivasti. In praeterlapsō anno expeditionē in Pomeranię parantem ex mandato REGIS VESTRI excepisti, excepti munificentiam indulgentissimam multis in rebus es expertus. Forsan futurum, ut filius optimus tanti Parentis vestigia legat, & successu temporis Regum atq; Principium gratiam inveniat, quam Parenſ felicissimus jam ex animi sententia intuetur. Interim dum sua qvisq; vota nuncupat, & quasi certamine quodam felici Genitori gratulatur; nos quoq; religiosam TIBI observantiam testamur, totoq; animo precamur, velit TE, VIRUM MAGNIFICUM servare filio optimo, & filium Parenti felicissimo. Sic laetus spectator fueris sapientiae solidioris succrescentis in filio, & in dies magis magisq; se explicantis. Sic in TE redundaverit solatium dulce, si sapientiae apicem ille felicissimo cursu attigerit. DEUS Te servet!



Ung. VI 58 (1)


ULB Halle
002 686 287

3



56,

VDI 7
Sep. 2000 Pd.



B.I.G.

Farbkarte #13



Epistola gratulatoria

ad

VIRUM

MAGNIFICUM ET PRAENO-
BILISSIMUM,

DOMINUM

JOHANNEM CON-
RADUM SCHEDIUM,
SACRAE REGIAE MAJESTATIS
BORUSS. Consiliarium, Commissarium in re Tribu-
taria, Directorem Civitatum Neo-Marchiarum, ut &
Consulem Reipublicae Landsbergensis, quae
est ad Wartham, gravissimum,
cum filium tanto Parente

non indignum

DANIELEM CHRISTOPHORUM SCHEDIUM,
artium humaniorum cultorem
perquam industrium,

Gymnasio Zittaviensi

in

Academiam Lipsiensem

d. X. Maj. A. O. R. M DCCXII.

mitteret,

ex observantiae lege scribebatur

M. Adam Erdmann MIRO,
Gymn. Zitt. Con-R.

Zittavia, typis Michaelis Hartmanni.